



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

9 Quibus verbis lex, seu præceptum constitutum intelligatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

ex huiusmodi sententiis praecipue constituantur: & deciditur exprestè in cap. causis, dare indicatio[n]ib[us], cù[m] m[od]i similitib[us] causis ceteri carentur similiter indicare, & hoc modo sententia lata à Pontifice, & vniuersali Ecclesie proposita errorum non poterit concinete.

6. Que dicta sunt de sententia, eodem modo locum habent in epistola, & recipiuntur Principis, habente quidem vim legis si declarata propria leges, ut deciditur in l. 1. ff. de confit. Princeps ibi, Quodcumque in peccato per epistolam constituit, vel editio praecepit, legem esse constat: & sumitur ex secunda parte lugra dictæ legis videlicet, sicut alii relata docet Suarez lib. 3. t. 15 fine Si vero opinione propria interpretante ius naturale aut divinitus, respondat Princeps constitutionem, legem s[ic] vim non habent eius recipiuta, nisi aliquo signo sufficiente manifeste se tale responsum vele pro legge habeti, quod praecepit locum habet, quando tale responsum aduertatur iuri commenti, tunc enim praesumendum est Princeps non voluisse legem statuere, sed priuilegium concedere, & cum aliquibus dispensare, sicutque cap. pastoralis, de fide instrumentum.

7. Sed inquires, an que dicta sunt de Principis, & legislatoris supremi sententiis, & recipiuto, dicendum etiam sit de sententia alius magistratus illi subiecta causa, qui potestat habeat pro sua prouincia leges ferre, qualiter habent Episcopi in suo Episcopatu? Breueri respondet cum Suarez super illo cap. 15. n. 18 & lib. 4. t. 14. fine n. 13. Si sententia, vel responsum magistratus sit declaratum iurius totius regni, nequaquam vim habet legis, etiam in sua prouincia, quia talis interpretatio nequit esse communis omnibus prouincias, cum non procedat ab habente in omnes potestatem. Inordnatum autem est legem communem in via proutiencia vnam sensum habere, & non in alia. Ergo non est credibile, talem potestatem ab legislatore supremo concedi. Si vero responsum, seu sententia sit non contraria iuri commenti, neque illius declaratum, sed explicit solum quid libi videatur in illa causa iuri naturali, diviso vel communii regni conforme: tunc dicendum est, legis vim habere posse, si ipse velit: explicare autem debet haec voluntatem aliquo signo publico, alias intra limites cuiusdam particularis sententiae, vel responsi manebit.

P V N C T V M I X.

Quibus verbis lex, seu præceptum constitutum intelligatur.

1. *Debet esse, quæ sufficienter exprimant voluntatem legislatoris.*
2. *Expenduntur verba præceptum indicantia.*
3. *Quid dicendum de verbis imperatiu[m] modi, & in actu exercito præceptum indicantibus.*
4. *Ex recepta consuetudine aliqua verba inducunt grauem obligacionem, quæ se non videbantur inferre, & aliqua non inferunt, quæ ex se inferre videbantur.*

1. **C**onsum est apud omnes, ea verba esse debere ad legis constitutionem, quæ sufficienter exprimant voluntatem legislatori, id est intentionis obligare, quia est res gravis, & subditis onerata. Quapropter in casu dubio, ac verba aliqua præceptum, & legem impotent, an consilium, & exhortatione: reputari a suis consilium, & non legem, ut docet Caftro lib. 1, de lego penal. cap. 5. document. 4. & docet Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 27. & 66. & nos diximus tract. 1. de conscient. disp. 4. p. 7. Et generaliter quoties verba legis intelligi possunt de obligatione veniali, non debet ad mortale extendi, quia semper in dubio, & in peccato benignior interpretatio facienda est. Interpretatione: in isti Præses ff. de penit. & habetur regul. in panis de regul. iuri. 6. & tradit Saytus lib. 3. clavis regia. cap. 7. num. 29. Nauar. sum. cap. 2. num. 50. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 76. His positis.

2. Verbo, que præceptum, & legem affirmantia significant, sunt præcipua, iubico, impero, mando, que legem prohibeant, sunt, prohibeo, inhibeo, veto, interdictio, sic Azor. tom. 1. in libro 2. num. moralium, lib. 5. c. 6. q. 5. Valsquez 1.2. disp. 15.8. cap. 3. n. 22, Suarez lib. 3. de legislat. c. 1. n. 6. plures referens Thomas Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 4. n. 3. & constat ex cap. ex his de verborum signific. in 6. & Clement. exiit de paradiso, de verborum signific. Neque audiendus est Emanuel Saà, verbo lex. p. 6. Azor. supra dicens verbum iubeo, vel mando, præceptum graue non importat, quia ut bene probat Thomas Sanchez, Valsquez, & aij sepius. Iste protinus significat, ac præcipio & impero.

Alia sunt verba superadiuncta, quæ præceptum de se important: haec sunt enim dicti, carentur omnes, obligantur omnes, nemini licet, nemo possit, & generaliter omnia illa verba, quæ necessitate important: tradit Valsquez cap. 3. num. 21. Suarez num. 6. Sanchez lib. 3. 38. quia cum his verbis non intendat legislator inducere necessitatem naturaliem, sed solam mortalem, & obligatoriam, infertur velle præceptum imponere.

De verbo *debo*, estli aliqui Doctores sentiant debitum honestatis, & non necessitatis importare: at communis sententia docet necessitatem Imperii propriæ significare, sic Valsquez disput. 18. cap. 3. num. 21. Sanchez lib. 4. de matrimon. disp. 23. num. 22. & lib. 6. in Decal. cap. 4. num. 36. Secus vero dicendum de verbo *oportet*, hoc enim honestatem, & convenientiam rei declarat, non imperium, Suarez num. 10. Sanchez num. 37. estli Nauar. summa c. 2. num. 53. sicut verbo *lex*, num. 6. Tolet. in fin. sum. de peccato mori. cap. 2. o. num. 2. & alii relat. a Sanchez supra, contra sentiant.

Verba communia, & indifferenta præcepto, & exhortationi, sunt: voluntus, decernimus, ordinamus, statutus, monemus, hor-tamur, inten-dimus, facimus, ordinamus, monemus, & similia; prout bene probat Sanchez n. 40. Azor. Valsquez Suarez supra.

3. De verbis autem imperatiu[m] modi, & in actu exercito præceptum indicantibus; dubium est inter Doctores: an ab initio prolati præceptum continant? Hæc sunt, facie, caue, solute, solutio, ablineam omnes, nemo audierit, & Caftro lib. 1. de lego juri. cap. 5. docum. 4. Cafer. 2. 2. quæst. 166. art. 9. circa stat. ad 2. Carbon. de leg. lib. 7. disput. 4. ad fin. existimat præceptum non continere, Nauar. vero cap. 23. num. 49. Emanuel saà verbo lex. n. 6. Saytus in clavis regia. lib. 3. cap. 7. n. 16. solum importare obligationem sub veniali non sub mortali.

M bi placet sententia Thomas Sanchez n. 39. standum in hac parte esse confundendum rigorosum, quod si de hac confundidine non constat, accendendum esse materiam gravitatem, & necessitatem, que si magna sit, & graviter a legislatore fuerit pondera-ta, confirmata sunt illa verba præceptiva esse. In dictis autem Conciliorum, & summorum Pontificum, fore semper accipienda sunt, ut dixit Valsquez 1.2. disp. 15.8. c. 2. n. 24. Bonacina disp. 1. 9.1 part. 7. 8.4. num. 10. Et probari efficaciter potest primo, ex Clement. exiit de verborum signific. item quæ verbi non uita-ri; sibi ex materia gravitate, ex humilio verbis, ait Pon-tifex. colligendum esse præceptum & tradidit Abbas, Felic. 4. mola, Anton. & alii in cap. nam concipientiam, in fine de constit. Secundo probatur ex decreto Trident. ff. 13. cap. 5. & 7. vbi Sacerdoti celebranti non præmissa confessione, ob inopiam Confessoris, præcipit quampliū possit confiteri. Quod præceptum non aliis verbis statutum quam imperiatu[m] ibi. Quod si necessitate urgente sacerdos absque præmissa confessione celebrauerit, quampliū confiteatur. Tertio in decreto Clement. VIII. de casuum reservatione, latum est præceptum, ne superioris pro tempore existentes virunt scientia confessionis ad exteriorem gubernationem. Quod præceptum his verbis imperatiu[m] pronuntiatum fuit. Dicitur enim ibi, Casuans diligenter, ne ea notione, quam de aliorum peccatis in confessione habentur, ad exteriorem gubernationem virantur. In quibus verbis esse præceptum docimus in tract. de penitent. disp. vlt. de sigillo.

4. Adquerendum tamen est quotiescumque verbis etiam indifferibus, alia adiungantur, ex quibus iuxta receptionem consuetudinem, iudicatur animus superioris intendens obligationem imponere; in omnium sententia, illa verba indifferenta legem, vel præceptum constituant. Hæc sunt, si dicit in-prior. Ordinamus hoc faciendum in virtute obedientis, sub ho-na prefaciū iuramenti, in virtute Spiritus sancti, qui haec verba indicant obligationem obedientie ex voto, vel iuramento. Item est, sub intermissione maledictionis eterna, vel gehennæ, vel indignationis Apostolorum: qui abique culpa graui, ac male-dictio, & indignatio non contrahunt: sic Azor. tom. 1. in fin. moralium, lib. 5. c. 6. q. 5. Valsquez 1.2. disp. 15.8. cap. 5. num. 46. Sanchez plures referens lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 43. E contra vero possunt esse verba rigore præceptiva, neque præceptum contineat, quia ex vi communis religiosum constat præcepta superius non obligare ad culpam, quibuscumque verbis pre-ferantur, nisi eis addatur, in virtute Spiritus sancti, vel in nomine Iesu Christi. Sic habetur in Societate Iesu 6. part. constitut. cap. 5. fine, quia uero haec verba addantur, non contentur superiores suam voluntatem obligandi satis explicare: & ita tradit Valsquez disp. 15.8. cap. 3. n. 24. Lcilius de inst. lib. 1. c. 41. dub. 9. n. 76. Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. c. 4. n. 70. vbi bene adiutit idem esse, si superior præcepit, sub excommunicatione, vel maledictione eterna, quia tunc erit non adiutat, in virtute obedientie, vel in nomine Christi, satis explicat suam voluntatem obligandam.

Parentes vero respectu filiorum, & Abbatissæ respectu monialium, qui iurisdictionem spirituali uolum non habent, ac pronde non possunt in virtute Spiritus sancti, vel obedientia præcepte, si præcepit sub maledictione eterna vel sub aliis verbis sufficienter explicatis suis voluntatem, & materia præcepta gravis sit, quia graviter gubernatione domestica conducit, abique dubio obligabunt sub mortali: sic Sanchez supra.